



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. VI. Provincialis jura, & obligationes erga admittendos in Societatem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

S E C T I O VI.

Provincialis jura, & obligationes erga
admittendos in Societatem.

1. P Oteft admittere ad probationem vel per fe, vel per alios: caveat tamen in admiſſionibus juſtas Externorum offenſiones; excludat ineptam turbam; & ad Examinatorum regulas omnia exigat. e Circa dimiſſos recipiendos obſervet Conſtitutiones. f

Quos admittere poſſit.

e P. 1. c. 1. & P. 10. §. 7. & R. 32. 33. 34. f R. 46.

2. Ubi dubium incidit de impedimentis indiſpenſabilibus, Generalem conſulat: ad quem etiam referet, ſi admittere cupiens ſpem magnam ſui faceret; ſed aliquo hujusmodi impedimento detineretur. g

Quid agat cum impeditis.

g Ex. c. 2. D. & P. 1. c. 3. G. & R. 35.

3. Impedimentiſ ſecundariis diſpenſandi facultatem habebit; præterquam in deformitate magna, aut defectu inſigni (qualem habent Eunuchi) & in ætate infra 15. & ultra 50. expletos annos; & in conjugatis etiam, in caſu, in quo non eſt impedimentum eſſentiale. h

Quando diſpenſare cum illis poſſit. h P. 1. c. 3. & R. Prov. 36.

* 4. Poterit diſpenſare cum Novitiis in ſex experimentis, & in ſecundo anno circa ſtudia, idque ex commiſſione Generalis; ſed non in contrahendo biennio probationis, licet illud prorogare poſſit. i

* Et cum Novitiis circa Probationes.

i Ex. c. 4. §. 9. & 43. & P. 5. c. 1. C. & C. 2. D. 14. & C. 5. D. 12. 13. & 63. & R. 37. 38.

G g

5. Co-

Coadjutores
parce admitten-
di.

1 P. I. C. 2. §. 2.

& A. & P. 3. C.

2. §. 7. & H. &

P. 4. C. 3. §. 2.

& C. 10. §. 6. 7.

& H. & C. 1.

D. 103. & R.

PROV. 39. & In.

6. §. 4.

Quas possit di-
mittere.

m. P. 2. C. I. C.

& R. 40. 41. &

43.

Monendus Ge-
neralis de di-
missis, & dimit-
tendis.

n. R. 40. 41.

Servanda in di-
missione.

5. Coadjutores temporales non plures
admittendi, quam necessitas eorum mini-
sterii postulat. /

S E C T I O VII.

Provincialis iura, & obligationes erga
dimittendos.

1. **F**acultatem habet dimittendi eos,
qui in prima, & secunda probatio-
ne, ante, & post emissa vota Devotionis
versantur; nisi à Præposito Generali in il-
lius Provinciam destinati, aut de Societa-
te ipsa tam benè meriti essent, ut eorum
particularis ratio habenda videretur: exci-
piuntur tamen graves, & urgentes casus;
in quibus etiam tantummodò poterit di-
mittere Scholasticos approbatos, & Coad-
jutores non formatos; at formatos, &
Professos nunquam; nisi fortè in locis re-
motissimis id concedendum judicasset Ge-
neralis. m

2. Si qui tamen horum exceptorum di-
missus est, Generalis admonendus; cui
etiam tempestivè referendum de iis, qui
parum idonei Societati deprehenduntur. n

3. In dimittendo præmittat consulta-
tionem, & tentet alia remedia ante hoc